

L. L.

DE

PVPILLARI SVBSTITVTIONE
INTVITV BONORVM ADVENTI-
TIORVM NVLLA.

CONSENSV

ILLVSTRIS ORDINIS ICTORVM

IN

INCLVTA AD VARNVM ACADEMIA

H. L. Q. C.

PVBLINE DISPVTABVNT

PRAESES

HERMANN. BECKER.

I. V. D.

ET

RESPONDENS

GOTTLIEB. IOACHIM. BECKER.

AVR. FRIS.

PHILOSOPH. ET LL. CVLT.

DIE XIII. DECEMBR. CCCLXXVI.

ROSTOCHII

STANNO GROSCHVPPIANO.

1746, 1.

4



ILLVSTRI
PATRVM CONSCRIPTORVM
ORDINI INCLVTAE
EX ACADEMIA FOEDERE HANSEATICO
ET COMMERCII
CIVITATIS ROSTOCHIENSIS
VIRIS MAGNIFICIS EXCELLENTISSIMIS
PRAENOBILISSIMIS, CONSVLTISSIMIS
ET PRVDENTISSIMIS,
DNIS CONSVLIBVS,
SYNDICO.
SENATORIBVS,
PROTONOTARIO
ET
SECRETARIO,
PATRONIS ATQVE MOECENATIBVS
NVNQVAM NON
OMNI HONORIS CVLTV
PROSEQVENDIS.

VITAM LONGAM
SANITATEM ILLIBATAM
FELICITATEM ATQUE SALVTEM OMNIGENAM
ADPREGATVRVS

HOC
STVDIORVM ACADEMICORVM
QVALECVNQVE SPECIMEN

IN
AETERNUM AETERNAE OBSERVANTIAE TESTIMONIVM
D. D. D.

EORUNDEMQVE
FAVORI ET PATROCINIO
SESE COMMENDATVM CVPIT
PRAESES.

SPECIMEN
ACADEMICORVM
OMNIS AETERNAE
TESTIMONIVM
D. D. D.



J. J.

§. I.

Testamentum cum Modestino in *L. s. D. qui testam. fac. poss.* vocamus expressam ac legitimam voluntatis declarationem de eo, quod quis post mortem suam cum re sua fieri vult. Disponendo itaque, ad quem post mortem nostram dominium rerum nostrarum spectare debeat, et quid circa eas obseruandum sit, testamentum condimus, heredem instituimus, et testatoris nomen adcipimus. Is autem ad quem dominium rerum defuncti testatoris proprietarum aut omnia, aut quarundam, per hanc expressam voluntatis declarationem, pertinet, heres institutus in testamento audit. Pari ratione, qui gaudet iure de re propria pro arbitrio post mortem disponendi, gaudet facultate testandi hac de re: qui autem hoc ius usurpare non potest, illi nec facultatem testamentum hac de re condendi adjudicamus.

SHOL. Si deductionem ac probationem omnium horum conceptuum desideras, euolvas modo compendia iuris quaelibet, et inuenies. Adsumsimus autem generalem hunc testamenti conceptum, ut eo facilius ad omnia, tam iuris ciuilis, quam canonici et Germanici, testamenta illum applicare possimus. Prolixiores ceteroquin in determinandis hisce ideis esse noluimus, cum ea, quae ad probandam nostram faciunt sententiam, quod satis est, exinde deduci possunt.

A

§. II.

§. II.

*Aut fallor egregie, aut prono ex hisce praemissis fluit alueo:
Testamentum facere posse neminem, nisi de re in
dominio suo existentem. . Nam qui testamentum condit,
disponit de re sua, § 1. qui autem disponit de re in dominio
suo non existente, non disponit de re sua, per notor. Non
gaudet porro facultate testandi de re quadam, cui non com-
petit ius pro arbitrio de ea disponendi, §. 1. De re autem, quae
non ad dominium suum spectat, nec pro arbitrio disponere
quis valet, per def. dom. not. ergo nec ius de eiusmodi re testa-
mentum condendi sibi tribuere potest.*

SHÖL. Fundamentum hoc erit totius nostrae dissertationis. Haud
igitur plane frustraneum iudicamus laborem, quo eo plenius hoc principi-
um ex dispositionibus tam iuris Romani, quam canonici et Germanici
deducere contendimus. Interim haud rideas, quaeſo L.B. de materia ti-
ronibus iam nota, ac liquida copiosiora verba. Nam in principiis omnes
quidem nobiscum sentiunt, sed in adplicatione ICtos non sine magna mi-
ratione deprehendes principia haec plane deserentes, et quadrata miscentes
rotundis.

§. III.

*Apud Romanos eo tempore, quo testamenta adhuc in
comitiis ad instar legis fieri debebant, absolutum validi testa-
menti fuisse requisitum testatoris ius Quiritarium, et legitimum
in illis rebus dominium, de quibus ultimam suam voluntatem
dicebat, satis docet HEINECC. in antiquit adp. § xxiv. et L.
Magis adhuc idem corroborant trita illa LL. XII. Tabb. verba:
*Paterfamilias vti legasset, super familiae, pecuniae, tutelaue
suae rei, ita ius esto.* Subsequentibus temporibus, quibus testa-
menta ad priuatorum iura relata, idem hoc probatum dant et
mancipatio et imaginaria venditio in testamentorum confe-
ctione adhibita, vt et formula illa solemnis a testatore tabulas
testamenti tenente nuncupanda: vid. HEINECC. l.c Lib. II.
tit. X. §. VII. Dare enim, legare, mancipare, ac vendere quis
non potest nisi rem, dominio suo subiectam. Sublatis autem
et*

et hisce, a praetore, ac imperatoribus, solemnitatibus, nihilo tamen fecius a testamenti factione arcebantur personae, quae non erant in statu ciuili, sive quod idem, quae non gaudebant dominio rerum suarum Quiritario, ut serui L. 19 D. qui test. fac. poss. in iusta existentes captiuitate, L. 8. pr. eod. peregrini, L. 8 §. 1. eod. filii familias, L. 6 et 19. eod. (excepto peculio castrensi et quasi castrensi, vbi patresfamilias semper iudicabantur, et sic pleno gaudebant dominio Quiritario). Immo nec feminis, quae olim sub perpetua apud Romanos erant tutela, nisi auctore tutori; multo minus autem in manum conuentis, quippe quae capite deminutae, et filiarum familias loco erant, huius iuris exercitium concedebatur. conf. HEINECC. l. c. Lib. I. tit. XIII. §. XVI. seqq. Lib. II. tit. X. §. XIX. Add. notabile illud L. Falcidiae caput primum referente PAVLLO in L. I. D. ad L. Falc. conf. et MENCKE Diff. de testam. fact. damnat. ad mort. iur. ciu. deneg. et moribus plerisque adserta; §. V.

§. III.

Eadem quoque rationem, originem dedisse, patet, prohibitionibus iuris Canonici, quae, licet hoc ius liberae testamenti factioni plus iusto alias saepe faueat, eius tamen confessionem interdit monachis in genere, ob votum paupertatis: cap. 19. qu. 3. c. 3. episcopo et clero cuilibet de bonis per ecclesiam, seu intuitu ecclesiæ adquisitis: cap. I. X. de testam. et ultim. volunt. cap. 7 et 9. X. eod. abbatissæ, etiam si numquam induisset habitum monachalem: cap. 2 X. eod. quia non potuit præiudicium monasterio irrogare omessa in ordinatione, ac præstatione voti paupertatis, ya cap. cit. expresse additur.

§. V.

Nec iura Germanorum principio in § II. adductio contraria, sed potius quam maxime consentanea esse, docent dispositiones eorum, quae non de omnibus promiscue bonis fas esse testari cauerint, sed alibi bona immobilia, heredibus ab intestato

testato simpliciter relinquenda, alibi autem bona auita, et a parentibus ad testatorem profecta, vulgo Erb-Güter excipiunt, de solis autem bonis acquisitis, vulgo wohlgewonnenen Gütern, permittunt, vid. *Ius Lubec.*, Lib. I. Tit. X. art. 6. Tit. VI. art. 2. Tit. IX. art. 5. *Ius Hamb.* Part. III. Tit. I. art. 4 - 10. Add. *Consult. Dn. Doct. STEIN in Comment. ad Ius Lub.* art. cit. et HEIN-NEC. in *iur. Germ.* Lib. II. §. 195. Veram enim, ac adaequatam omnium harum dispositionum si quaeris rationem, ultimato ea est, quod dominium horum bonorum plenum, et effectus pro arbitrio de illis disponendi deficiat, ut facili negotio tam ex LL. adleg. quam auctor. citat, colligi potest. Ita nec diuersam deprehendimus iuris Germanici rationem, quando feminis ius testamenta conficiendi denegant, nisi adcedat tutorum ac proximorum heredum consensus, aut a marito defuncto illis haec facultas concessa, aut femina denique mercatrix sit; nec non de rebus expeditoriis et utensilibus, vom Heer-Gewedde und Gerade, aut portione statutaria, coniugi superstiti debita, testamentariam prohibent dispositionem.

SCHOL. Plenum enim nobis concipimus dominium, quando omnes effectus adfint dominii; minus autem plenum contra ea, quando unus aut plures deficiunt: v. c. facultas pro arbitrio disponendi.

§. VI.

Ex hisce omnibus inter se collatis merito calculum ducendum puto, iure hodierno ius testamentum condendi non competere, nisi illis, qui aliquid proprii, et suae liberae dispositioni subiectum possident, de cuius post mortem suam pro arbitrio illorum facienda diuisione, vi dominii, durante adhuc vita illis competentis, valide disponere possunt. Confer. SCHAVMB. ad D. tit. qui test. fac. poss. §. 9. Eos autem contra ea, qui vel nihil proprii hahent, vel possident quidem propria bona, sed quorum dominium non coniunctum cum libera de illis bonis pro arbitrio disponendi facultate, si ultimam voluntatem de hisce rebus declarant, testari de re, de qua ius testandi nullo modo

et a
iunt,
tern,
rt. 2.
Con-
HEIN-
atam
mato
ectus
tam
uer-
inis
m ac
o illis
nec
edde
bita,

mno
s aut

du-
non
spo-
pro
huc
fer.
ea,
na,
illis
tem
ullo
odo

modo sibi tribuere possunt, et sic inhabiles merito iudicari testatores. Nam talem conceptum inhabilis testatoris nobis suppeditant L. 4. D. qui testam. fac. poss. L. 8. §. 4. eod. L. 1. de iniust. rupt. &c.

§. VII.

Nullum dicitur testamentum, quod a testatore inhabili factum est.

SCHOL. Ut Romani enim generatim in locutionibus accurati et percurios erant, ita, et testamenta ex variis causis irrita peculiaribus distinxerunt nominibus. Conf. SCHAVMB, ad D. tit. de iniust. rup. irrit. fact. testam. Nulla igitur ac iniulta vocabant, quae per se ab initio iure non condita. Quemadmodum autem hoc siebat, quia vel forma externa deerat, vel intuitu formae internae, aut personae testatoris vitium aderat; ita priori in casu iniustum; posterioribus autem nullum illis dicebatur: Adit. L. in §. prae. in fin. adleg.

§. VIII.

Testamentum in quo quis disponit de bonis, quorum dominus non est, vel quorum quidem dominium illi competit, sed quae eius liberae dispositioni non subsunt, nullum est. Nam testatur de rebus, de quibus illi ius testandi non competit: §. I. et VI. hinc aptitudo legalis in tali testatore merito desideratur, et inhabilis existit, §. VI. eiusmodi autem testatoris testamentum nullitate laborat: §. VII.

SCHOL. Confirmat hanc nostram sententiam exemplum filiorum familias, quorum testamentum, licet consentiat pater, aut sui quoque juris decesserint filii familias, tamen nullum manere expresso affirmant L. 6. pr. D. et L. 19. D. qui testam. fac. poss. quia nullae sunt tabulae testamenti, quas is fecit, qui testamenti faciendi facultatem non habuerit.

§. VIII.

Haud parum sese efferebant, atque genio indulgebant suo patresfamilias Romani, domini illi Quiritarii, ac maiestates domesticae, hac libera testandi, et successorem in omnia omnino bona denominandi facilitate, tum ob conditiones varias, quas here-

A 3

dibus

dibus iniungebant suis, et quibus satisfactum cupiebant, tum ob sacra priuata, ad quorum interitum euitandum omnia agebant, quorumque cura, ac proprietas ad heredes per additionem transibat. Hinc et valde ignominiosum ac ominosum iudicabant, quando talis successor vel non poterat, vel nolebat hereditatem adire, ac onera subire hereditaria. Saepenumero autem propter aës alienum hereditatis, et quia ad hoc soluendum ex suis propriis bonis obligabatur, contingebat, vt heres institutus adire nollet. Sæpe quoque eueniebat, vt heres vel ante testatorem mortuus, vel aliam ob rationem adire non posset. Ne igitur illis casibus heres deesset, et ignominia adficeretur testator defunctus, et sacra interitent priuata, ei, quem instituerant, substituere solebant alios, ad quos in casu deficients primi deuoluuerentur bona, eosque vocabant heredes secundos. Hinc fluit conceptus substitutionis, quod sit institutio heredis secundi, aut vñteriorum graduum, in locum deficients primi.

L. i. pr. L. 36. pr. L. 43. §. 2. D. de vulg. et pupill. subst.

SCHOL. Conf. HEINECC. in antiquit. Lib. II. Tit. XV. et XVI. §. 1. sqq.
SCHAVMB. ad D. tit. de vulg. et pupill. subst. §. 1. et 2. Cauelas tamen, ne substitutionem, die Nach-Erbens Einheirat, confundas cum constitutione heredis, die Mit-Erbens Einheirat. Illa enim supponit casum primi heredis deficients, non haec. Coeterum hanc substitutionem vocant vulgarem, ad discernendam eam a pupilliari, de qua infra. Definitiones autem eius in expressam et tacitam, directam, fideicommissariam, h. l. tuto omitti posse iudicamus. Qui interim earum poscit explicationem, audeat DD. ad D. tit. cit. Coeterum quin ex §. ipso satis patet, illis omnibus, quibus ius testamentum condonatur, nec ius substituendi denegandum esse.

§. X.

Substituere quis non potest in bonis, quae suo dominio non subiecta, aut intuitu quorum pro arbitrio disponendi facultate destituitur; et substitutione talis nullitate laborat. Qui enim substituit, heredem instituit:

tuit: §. VIII. et testamentum condit de bonis, in quibus substituit: §. I. testamentum autem a non domino factum, aut a domino quidem minus pleno, sed cui facultas pro arbitrio disponendi non competit, non subsistit, §. II-VI. sed ipso iure nullum iudicatur, §. VII. ergo et substitutio.

§. XI.

In bonis heredis testator substituere non potest: et substitutio intuitu horum bonorum facta, nulla est. Bona heredis duplicita deprehendimus Quaedam enim eius propria, sive quae non acquisiuit per aditionem hereditatis defuncti testatoris; quaedam autem per aditionem hereditatis defuncti testatoris ad eum pertinuerunt. Nullo casu substitutio a defuncto testatore facta valet. Nam intuitu bonorum heredi propriorum plane non est dominus, nec libera disponendi gaudet facultate; hinc apertam committeret nullitatem, de illis testamentum condens, et in illis substituens: per §. X. Ea autem, quod attinet bona, quae heres per aditionem hereditatis defuncti acquisiuit, sicut quidem dominus illorum defunctus testator tempore factae substitutionis, per hypoth. sed per aditionem dominium hoc, et exinde fluens libera dispositio, iamiam transiit ad heredem. Ponamus igitur testatorem in illis substituentem: et statim adparet eum heredem instituere et testamentarie disponere de re aliena, quod tamen sine nullitate fieri non potest per §§. VII. VIII. X.

SCHOL. Hinc letiam est, quod dicit D.D. substitutionem vulgarem semper supponere easum deficientis, sive non auctentis primi heredis, ita ut ad substitutum nihil venire possit, si vel ante institutum, vel simul cum eo moritur: L. 1m. f. 5. C. de codic. rolland. L. 1s. de reb. dub. vel casus, sub quo substitutus est, plane non existat; L. 14. de vulg. et propill. substit. immo licet heres minor institutes contra aditam hereditatem restituatur in integrum: Vinn. Lib. 1. quaest. iur. cap. 14. Excipias interim, oportet, substitutiones fideicommissariæ: L. 64 et 77. D. ad S. Trebell. Hae enim semper praesupponunt easum, quo heres institutus hereditatem adierit, eique inimicunt restitucionem, salua quarta Trebellianica. Interim tamen per eas veritas nostræ si minime destruitur. Nam dominium rei hereditariae hoc casu per aditionem in heredem institutum conditionale tantum, sive sub conditione restitucionis, qua deficiente, nec dominium transit.

§. XII.

VIII

S. XII.

Romani, ex Romuli iamiam instituto, patribus familias adiudicabant imperium, in personas familiae subiectas independenter competens, cum iure dominii Quiritarii coniunctum, quod sub nomine domesticae potestatis, ac maiestatis illis veniebat. Personae autem familiae subiectae erant vel serui, vel liberi. Hinc imperium ac dominium hocce intuitu liberorum patribus-familias competens, patria dicebatur potestas, vi cuius liberi, aequo ac serui, intuitu patris res mancipi, et status civilis expertes erant, ac instar seruorum non sibi acquirebant, sed omnia simpliciter patri, qui tanquam dominus liberam pro suo arbitrio habebat rerum omnino omnium, quas liberi quo- cunque titulo adquisuerant, dispositionem, ita ut pro lubitu eas donare, legare, vendere &c. posset, vel liberis relinquere.

SCHOL. Vid. SCHAVMB. ad D. fit. de his, qui sibi vel alien. irr. p. 2. §. HEINECC. in antiqu. Lib. I. Tit. IX. Lib. II. Tit. IX. §. 4. DION. HALICARN. antiquit. Rom. VIII. qui, Romani, inquit, filii nihil propri est viuis parentibus; sed et pecunias et corpora liberorum patribus ad sororum arbitrium tradidit Lex Romuli. Eam vero potestatem, exclusa matre, solus pater exercebat, qui ideo etiam familie princeps vocabatur.

S. XIII.

Pater-familias iure Romano veteri tam intuitu bonorum, quae ipse adquisiuit, et ex eius hereditate ad liberos proueniunt, quam eorum, quae liberi aliunde, viuente adhuc patre adquisiuerant, valide substituere potest. Liberum enim erat patri-familias iure Romano veteri de hisce bonis omnibus pro arbitrio, vi dominii sibi competentis disponere §. XII. hinc nec facultas testamentum de illis condendi, et heredem instituendi, quem vellet, illi coeteris paribus deneganda: L. 120. de Verb. signif. L. II. in fin. de liber. et post lib. ergo et nec substituendi liberis institutis, per §. VIII. schol. in fin.

SCHOL. Correctus quidem, ac sublatus hic iuris veteris rigor liberos pro lubitu praeteraundi, introducta subsequentibus temporibus necessitate eos

eos vel instituendi, vel iuste exheredandi: vid. tit. Instit. de exhered liber: ibique DD. Hac tamen non obstante, in casum, si liberi instituti heredes deficerent, libera manlit Parentibus facultas substituendi, tam intuitu bonorum ab ipso patre, quam liberis viuente patre adquisitis: §. 1. Inst. de pupill. subp. L. I. §. 1. D. de vulg. et pupill. subp.

§. XIV.

Mater liberis institutis substituere potest in casum deficientis heredis, intuitu quidem bonorum, quae ex eius hereditate proficiscuntur, non autem intuitu bonorum, quae liberi ipsis adquisuerunt viuente etiam adhuc matre. Nam intuitu bonorum, quae ab illa proficiscuntur, dominium exercet, et ius libere disponendi, ergo et iura substituendi illi competere debent coeteris paribus: per §. IX. in Schol. in fin. intuitu autem bonorum a liberis adquisitorum deficit et dominium, et libera disponendi facultas per §. XII. in Schol. ergo et ius substituendi §. X. et XI.

SCHOL Probe interim animaduertas, quaequo, et perpetuam tutelam, et in manum conventionem mulierum posterioribus temporibus in republica Romana cessasse: conf. HEINECC. in antiqu. Lib. I. Tit. X. et Tit. XIII. & XVI. seqq. ne contradixisse nos iudices illis, quae supra §. III. dicta.

§. XV.

Cessante patria potestate, cessat quoque ius patris de bonis per liberos adquisitis libere disponendi, et consequenter quoque ius in bonis eiusmodi substituendi. per §. XII. et XIII. Post mortem itaque patris liberi quae adquirunt, sibi ipsis, non patri adquirunt, et hinc bona a liberis post mortem patris, tam per immixtionem intuitu paternae hereditatis, quam aliunde adquisita non pertinent ad dominium patris, sed liberorum. Hinc si concipimus nobis patrem liberis substituentem in bonis per immixtionem ex hereditate paterna, aut aliunde quoque, sed tamen post mortem patris a liberis adquisitis, ille reuera

B

sub-

substituit in bonis heredum, id quod tamen non sine nullitate procedit, §. XI. i. §. VIII. Ex his, quod satis est, colligitur, nec patrem-familias in bonis liberorum post mortem patris acquisitis, aut in bonis, quae ex ipsius quidem hereditate veniunt, sed post immixtionem a liberis institutis factam, sine nullitate substituere posse.

SCHOL. Immixtio enim intuitu liberorum quae fuerint in potestate tempore mortis, eodem iure censetur, ut aditio intuitu aliorum heredum: vid, *sit. D. de adquir. vel onuittend. hered. ibique DD.*

§. XVI.

Pupillaris substitutio est actus, quo quis heredem impuberem instituit, et illi in eum casum, si adierit hereditatem, sed infra pubertatem deceperit, heredem, quem vult, substituit. §. I. *Inst. de pupill. substit.* L. I. D. eod.

SCHOL. Inuenies datam definitionem quodammodo diuersam a conceptu DD. solito, quippe omisimus ea, quae alias regulariter de patria potestate, et liberis in alterius potestatem non recasuris in hoc conceptu formando vulgo monent. Sufficit autem, hanc notionem in ipsis LL esse fundatam, praecipue vero in §. fin. *Inst. d. rit.* et ad pupillarem substitutionem in genere, i. e. tam validam, quam inualidam describendam aptam. Coetera enim, quae addunt DD, requisita, ex eo fluente fundamento, quia non conceptum nobis tradunt generalem pupillaris substitutionis, sed tantum eius, quae a patre valide fieri potest, de qua infra §. XVIII. et XVIII.

§. XVII.

Pupillariter substituens nullitatem committit, vnde et eius substitutio nullum habet effectum. Nam per §. *praeced.* XVI. hoc in casu substitutio fit in bonis heredis, quorumvel per aditioinem hereditatis defuncti testatoris iam adcepit dominium heres, vel quae numquam testatoris substituentis dominio, et liberae dispositioni subsuerunt. *Tamen*

lem autem substitutionem nullam ac inualidam esse, docent
§§. X. et XI.

SCHOL. Euolus hic §. vlt. Inst. de pupill. substit. et L. 33. D. eod. ibique GODOFRED. in not. et inuenies LL. hanc nostram sententiam probantes. Quod enim ad CARPZ. Part. III. Conf. VIII. def. 17. seqq. qui ob clausulam codicillarem, substitutioni pupillari a matre factae adiectam, hanc quad bona materna tanquam fideicommissariam valere contendit, nobis sine legibus loqui videtur, quare eius sententiam nostram facere, merito dubitamus. Quae autem L. 8. C. de impub. et al. substit. traditur facultas militum pupillariter substituendi, ad iura pertinet singularia, et sic tanquam exceptio firmat regulam in casu non excepto; conf. SCHAVMB. ad D. h. sit. §. 12.

§. XVIII.

Saepe numero patres Romani, naturali amore ducti, liberos suos impuberes instituebant heredes in testamento. Quia autem hi durante impubertate, licet heredes patris existerent, non gaudebant facultate testamentum condendi: §. I. Inst. quib. non est permis. fac. testam. L. 5. D. qui testam. fac. poss. eaedem rationes, quae Romanis substitutiones in casum deficientis heredis suadebant, vid. §. VIII. et mouebant ICtos, ut patri per interpretationem LL. XII. Tabb. concederent liberam facultatem, tam de bonis suis, seu a se acquisitis, quam de bonis a liberis acquisitis, quorum quoque dominus iudicabatur, conf. §. XII. pro arbitrio disponendi usque ad pubertatem liberorum. Per hanc itaque interpretationem, viu fori adprobatam, dominium hoc patrisfamilias hoc in casu perdurabat ad pubertatem usque liberorum.

SCHOL. Forsan hic nobis obiciis L. B. deficientem fidem historicam. Hanc autem tibi probatam damus per pr. Inst. et L. 2. D. de pupill. substit. Ibi enim facultas pupillariter liberis substituendi patri competens, moribus introducta dicitur, i.e. per interpretationem ICtorum viu fori adprobatam, vt docet HEINECC. in bish. iur. Lib. I. §. 51. in schol. Aut igitur concedere debes, ICtos Romanos contra omnem iuris analogiam hanc suscepisse interpretationem LL. XII. Tabb. quod tamen de illis philosophis acutissimis haud sine crimen praesumendum; conf. pluribus ad coelum usque laude sua eleuantes eos WAGNER. in Resolut. Pandect. proem. aut tradita in §. nobis concedere debes. Conf. quoque non quidem expressis verbis nobiscum consentientem, sed tamen etiam non dissentientem HEIN. in antiquit. L. II. Tit.

XII

XV. §. 2. in schol. Nec plane absurdum nobis videtur haec sententia. Nam liberi quidem post mortem patris sunt dominii, sed durante pubertate tantum minus pleni, conf. *§. V. in schol.* facultate quippe libere disponendi priuati. Quid igitur verat, hanc patri propter dominium in liberos Quiritarium usque ad pubertatem tribuere.

§. XVIII.

Rationem, quae pupillarem substitutionem in genere nullam reddebat, in §. *XVII.* adduximus deficiens testatoris dominium in bonis, in quibus substituit. Hac autem cessante pupillaris substitutio, modo non aliud adsit impedimentum, ex generali substitutionis conceptu, cuilibet testatori concedenda, per dicta in §. *IX. in schol. circa fin.* Ergo et pater iure Romano gaudet facultate liberis in potestate sua constitutis, nec in alterius potestatem recasuris, tam in bonis, quae ex hereditate paterna, quam aliunde ad liberos veniunt, pupillariter substituendi, et nulla haec substitutio minime censenda est, per §. *XVIII.*

SCHOL. Refrinximus hanc patris facultatem *ad liberos in potestate constitutos.* In eos enim solos illi competit dominium Quiritarium, non autem in emancipatos, eorumque bona. Pari modo addimus; *nec in alterius potestatem post mortem recasuros.* Nam et in recasuris in alterius potestatem cessat ratio, quare patri facultatem disponendi de bonis liberorum usque ad pubertatem eorum concedebant Romani: per *§. XVIII.* Vtique itaque casu inuerso deficiebat ratio legis, quae patrem a regula iuris communis eximebat, ergo et legis dispositio, pr. I. L. 33. D. de pupill. subst. Hinc et regula generalis recte colligitur: *Quoties dominium patris Quiritarium in personas et res liberorum cessat; toties quoque cessat in patre facultas pupillariter substituendi, et exceptio haec ad regulam iuris communis reddit.*

§. XX.

Pater pupillariter substituens, iure veteri Romano debet heredem substitutum denominare successorem tam in bona a se profecta, quam in bona, quae liberi aliunde adquisuerunt omnia, nullis plane exceptis. Quia

Nam
tan-
endi
uir-

ere
oris
ante
am,
nce-
ter
sua
am
nde
ulla

e con-
tem
us po-
tem
ad
aque
t re-
n in
upil-

ano
rem
peri
otis.
Quia

Quia enim hanc pupillarem substitutionem pater facit vi dominii sibi competentis: § XVIII. XVIII. revera successorem denominat, et heredem instituit in hoc testamento in suum ius, ac sua bona, quando liberis constituit successorem: §. VIII. et XVI. Iure autem Romano heres institutus successor est in omnia iura, quae defunctus habuit, ne quis pro parte testatus, et pro parte intestatus decedat. L. 24. D. de verb. signif. L. 6. D. de reg. iur. ergo et haec pupillaris substitutio tam in bonis a patre profectis, quam a liberis aliunde, et viuente adhuc patre, et eo mortuo, quae sitis, i. e. in omnibus liberorum bonis valere debet.

SCHOL. Hinc nec pupillariter substitutus, existente casu, hereditates patris et filii separare potest, sed utramque aut repudiare, aut adire obligatur: L. 10. §. 2. et 5. D. de vng. et pupill. subſt. Nec obstant L. cit. 10. §. 5. circa fin. et L. 12. D. cod. quippe ubi aliud fundamentum succendendi supponitur. Nec me autem monente hic vides, L. B. fundamentum huius dispositionis esse verum, quia omnia omnino bona liberorum, nullis exceptis; domino patris Quiritario iure Romano veteri subiecta erant.

§. XXI.

Omnes rationes, quae Romanis et substitutiones in gente, et pupillares in specie suadebant, vid. §. VIII. et XVIII. ad Germanorum mores minime applicari possunt. Vid. HEIN. NEC. in iur. German. Lib. II. Tit. VIII. §. 208. vnde quoque nec volam nec vestigium substitutionis tam vulgaris, quam pupillaris in vetustis aequa, ac mediis aeuī legibus Germanorum deprehendimus. Et licet in nouioribus Germanorum constitutionibus harum substitutionum passim inueniamus fieri mentionem, * tamen haec omnia ex iure Romano adoptata, et hinc ubi recepta **, ex principiis tamen iuris Romani aestimanda esse, merito cum cit. illustr. auct. § 212 statuimus; nisi quatenus dispositiones LL. Romanarum per expressa iuris Germanici verba mutatas, ac abrogatas deprehendimus. *** Hinc autem optimo fundamento concludimus, quoad praxin quoque hodiernam dominium patris in rebus liberorum, et liberam

liberam illius de hisce vsque ad pubertatem liberorum disponendi facultatem vnicum esse fundamentum pupillaris substitutionis; §. XVIII. et XVIII. ita vt hoc domino, et hac facultate cessante, nec hodie substitutio patris procedat, sed tanquam ipso iure nulla, nullum exserat effectum.

* SCHOL. 1. vid. loca ab auct. cit. §. 212. adleg. Quibus adde Conf. Elect. Saxon. Part. 3. Conf. & et Nov. Dec. Elect. Saxon. 47.

** SCHOL. 2. Non enim vbique has decisiones LL. Romanarum receptas esse, clare docet Vinn. ad §. 9. I. b. t. ab Hein. l. c. adl.

*** SCHOL. 3. Sic enim v. c. et matri passim permittere LL. Germanorum, vt liberis pupillariter substituat, testatur id. l. e. §. 212. 7. Coeterum et sentit nobiscum praeter HEINECC. l. c. WEHRNÉR. part. 5. obs. 157.

§. XXII.

Quemadmodum illimitata Romanorum patria potestas, ac dominium cum ea coniunctum Quiritarium tam in personas, quam res liberorum, statui monarchico sub imperatoribus minus concinna, sensim sensimque variis imperatorum constitutionibus in genere imminuta, HEINECC. in antiqu. Lib. 1. Tit. IX. per tot. ita hoc quoque speciatim quoad ius acquirendi per liberos factum esse, prolixius tradit, id. l. c. Lib. II. Tit. IX. §. 2. Ne enim dicamus de bonis castrenisbus, et quasi castrenisbus, liberis pleno iure intuitu militiae sagatae, et togatae adquisitis; ita nec bona, ac res, quas liberi matris, aut alterius cuiusdam extranei liberalitate, proprio labore, aut prospera acquirebant fortuna, ad res patris referebantur, sed per varias Hadriani, Antonini pii, Constantini Magni, Gratianni, Valentiniani, Theodosiani &c. constitutiones a dominio hoc paterno, ac libera eius, tanquam domini, dispositione eximebantur. vid SCHAVMB. adnot. ad Struv. p. 301. HENNECC. l. c. Donec denique Iustinianus imperator hoc ad omnia omnino bona, quae non ex re patris, aut intuitu eius ad liberos perueniunt, sed aliunde ab illis adquiruntur, produxit, eorumque dominium penes liberos, vsumfructum autem et administrationem penes patrem, quoad viuit, esse iussit. L. 6. L. vlt.

L. vlt. C. de bon. quae liber. §. i. Instit. per quas personas cuique adquir. Aduentitorum autem nomine bona haec in iure venire, tam notum est, quam quod notissimum.

§. XXIII.

Nec dominium bonorum aduentitorum, nec facultas pro arbitrio de illis disponendi patri competit. Patet hoc per expressa verba LL. in §. praec. adleg. quibus proprietas ac dominium harum rerum ipsis liberis excluso patre adiudicatur. Qui autem caret dominio alicuius rei, ille nec facultatem de ea pro arbitrio disponendi sibi tribuere potest, quippe quae per defin. soli domino competit.

SCHOL. Subleuant quoque hanc probationem Verba L. 6. C. cit. quae haec bona vsque NB. ad viuumfructum solum a patre adquiri expresse dicunt. Vsi fructuarii autem minime est de re viisfructuaria pro arbitrio disponere, nec eam alienare, donare, in alios, quos velit, transmittere potest, per ea, quae tradunt DD. ad tir. de viisfructu. Et licet libentius concedamus Consult. SCHAVMBVRG. ad D. h. t. §. II. indolem huius administrationis paternae, quam nobis fitit L. 8. C. ead. ita esse comparatam, ut non in simplicis tutelae, ac administrationis limitibus subficit; tamen nullo modo exinde sequitur, indice ipso Viro Consult. L. c. proprietatem ac dominium patri adscribendam esse, et exercitium potius proprietatis liberis competentis, quam ipsa proprietatis et dominium dici meretur. Immo regulariter patri alienatio horum bonorum interdicta L. 8. cit. §. 4. et 5. C. de bon. quae liber. nisi in casibus, in L. cit. expresse numeratis; ita ut et haec alienatio, quocunque modo facta, nulla atque invalida liberis sui iuris factis vindicationem tollere possit, et liberis liceat quoque contra pacta patris de huicmodi bonis venire, quatenus in damna eorum vergunt: Conf. MEV. Part. IV. Dec. 320. Cui autem alienatio interdicta, eius et facultas administrandi quam maxime limitata, et a facultate pro arbitrio tanquam dominus disponendi toto coelo differt.

§. XXIV.

Pupillaris substitutio patris in bonis aduentitiis filiorum familias ipso iure nulla est. Quoties enim patris substitutio pupillaris facta in bonis, in quibus cessat dominium patris Quiritarium in personas et res liberorum, toties quoque haec

spo-
bsti-
cul-
tan-

Elect.
ceptas
nano-
um et

eftas,
erfor-
atori-
orum
antiqu.
s ad-
ib. II.
quasi
et to-
s, aut
, aut
r, sed
ratia-
minio
titione
HET-
omnia
ad li-
duxit,
rem et
L. 6.
L. vlt.

haec patris substitutio secundum regulam communem in §. xvii. adductam iudicanda; §. xviii. in schol. Iam autem naturam bonorum aduentitorum talem deprehendimus per §. xxiii. Ergo et merito ipso iure nulla censenda §. xvii.

Praeterea idem quoque sequenti modo probatur: Pater in bonis aduentitiis liberorum pupillariter substituens, heredem reuera instituit in hisce bonis: §. vi. i. §. viii. et sic testamentum de illis facit, §. i. Iam autem hoc testamentum condit de bonis, in quibus illi nec dominium, nec pro arbitrio disponendi facultas competit. §. xxiii. Ergo ipso iure nullum est, §. viii.

SCHOL. Et quaenam quaeſo tandem alia cauſa eſt, quare pupillaris substitutio patris in bonis liberorum impuberum caſtreñib[us] et quaſi caſtreñib[us] nulla, quod tamē omnes concedunt. Vbi autem plane eadem ratio legis, ibi quoque eadem locum habere debet legis dispositio.

SCHOL. 2. Ut eo melius autem explicemus et probemus nostram men-tem, opera[re] preterm ducimus, hic remouere obiectiōnem, quam iamiam praeuide[re] licet. Nominatur ſcilicet haec pupillaris ſubstitutio patris in LL. paſim teſtamentum filii, L. §. §. 5. D. de inoff. teſtam. L. 16. §. 1. D. de vulg. et p[ro]p[ri]et. ſubſtit. teſtamentum filio a patre factū: L. 20. §. 1. D. cod. duplex hereditas, duplex teſtamentum: §. 2. h[ab]it. cod. L. 2. §. 4. D. cod. Rationem denominatio-nis vide inſra §. XXXII. Hinc forlitan concludis, L. B., ergo pater hic non condit teſtamentum intuitu bonorum aduentitorum, proprio nomine, ſed nomine filii, cuius dominium in hisce bonis negari nullo modo potest. Speciem porrigit, concedimus. Sed fundamentum tamē adleges, recessē eſt, quare patri competit haec facultas, nomine filii teſtamentum condendi. Hoc modo accurate attendas ad cogitationum ſeriem in obiiciendo dubie, et circulum euitare velis in probando, ſi ad patriam potestatē recurras, quaeris in adminiſtrandi potestate, quam ipſi nos in §. prae, in ſchol. patri concesſimus intuitu horum bonorum. Attendas autem hic, velimus, ad validam ſubstitutionem pupillarem requiri per §. XVI. - XVIII. patriam potestatē, ſive quod idem, dominium et proprietatem ipsam: §. XII. non ſolam ac ſimplicem adminiſtrandi facultatem, quippe qua[re] compete-bat etiam patri in bonis liberorum emancipatorum impuberum, tanquam tutori legitimo, quibus tamē non pupillariter ſubstituebat: §. XVII. Nec porro haec adminiſtrandi facultas hodie deneganda matri, aut aliis tu-to-ribus, quibus tamē omnibus nec in praxi hodierna concedere poſſumus facultatem pupillariter ſubstituendi: §. XXI. Si autem hic iterum prouo-cas ad ſchol. §. prae, vbi diferte diximus, facultatem hanc adminiſtrandi in bonis aduentitiis liberorum patri competentem non ſuſttere in nudis ſimplicis tutelae limitibus, ſed exercitium magis dici poſſe proprietatis,

qua[re]

quae ad liberos spectat. Respondemus hoc exercitum, rantium durante vita concedendum esse, minime autem coniunctum cum facultate successorem denominandi post mortem, quod tamen semper sit in pupillarii substitutione. Nec defunt exempla ex iure hodierno hoc illustringantur, Sic enim v.c. secundum ius Lubec. testator, durante vita gaudet exercitio proprietatis in bonis hereditariis, vulgo Erb. Gifte, in quibus tamen successoris denominatio minime illi conceditur. Conf. quoque §. praece. in Schol. insin.

S. XXV.

Substitutione fideicommissaria est coinstitutio heredis, in locum prioris heredis existentis, quae adhibitis verbis precatiuis de restituendo fit. L. 7. D. de vulg. et pupill. subft. L. 64 §. 1. L. 77. D. ad Sct. Trebell.

S. XXVI.

Pupillaris substitutio patris in bonis aduentitiis liberorum nec tanquam fideicommissaria valere potest. Ponamus enim eam tanquam fideicommissariam, siue quod idem in vim fideicommissi, valere, tunc per §. praece. valet ut institutio heredis intuitu bonorum aduentitorum filiorum familias a patre facta, et sic consequenter per §. 1. tanquam testamentum patris de bonis aduentitiis filiorum familias, cui tamen contradicit §. VIII. i. §. XXIII. Conf. quoque §. X. et XI.

SCHOL. Contendunt quidem alias DD. ex dispositione L. 7. de vulg. et pupill. subft. et L. 76. D. ad Sct. Trebell. substitutionem, quae non valet ut vulgaris et pupillaris, valere tamen posse ut fideicommissariam, siue in vim fideicommissi, modo verba et voluntas testatoris id admittant. Vid. RICHTER. Decis. 46. sed in hypothesi nostrae §. hanc regulam fallere, satis docet exceptio ab ipsis addita. Cum enim tota haec testatoris voluntas nulla ac inutilia, nec tanquam fideicommissum valere potest, quippe cui destituto iure testamentarie disponendi in genere, nec ius fideicommissum constitueri competit.

S. XXVII.

Nec legata, nec fideicomissa, nec alia capitula a patre pupillariter substituente in bonis aduentitiis filiorum

C

rum

in §.
in na.
per §.

Pater
here-
et sic
mentum
o arbit-
o iure
pillaris
i cava-
eadem

men-
amiam
in LL.
er pupill.
editas.
inatio-
nic non
ne, sed
Spe-
sse est,
dendi.
dubic.
urras)
patri-
is, ad
atriam
XII.
pete-
quam
Nec
turo-
tumus
rono-
randi
nudis
statas.
qua-



XVIII

rum familias disposita et adiecta obseruari debent. Nullum enim testamentum non quoad heredis institutionem solum, sed et quoad coetera capitula omnia corruit.* Iam ergo, quia pupillaris haec substitutione in bonis aduentitiis filiorum familias ipso iure nulla, §. XXVI. idem hoc quoad omnia omnino capitula huius pupillaris substitutionis quoque obseruandum.

SCHOL. 1. Licit enim sint, qui hoc propter Nor. 15. quodammodo in dubium vocant, ut HVBER. in praefect. ad Inst. Lib. 2. tit. 13. §. 2. GVNDL. ad Ludov. Doctrin. D. tit. de iniust. rupt. irrit. &c. §. 1. aliquae, quorum tamen sententia vtique dubia, ac debito fundamento destituta, per ea quae dixit SCHAVMB. ad D. tit. cit. §. 2. tamen et hi ipsi auctores hunc nullitatis effectum admittunt in casu, quando nullitas oritur ex inhabilitate testatoris, sine utri GVNDL. l. c. loqui amat, nullitas in totum adeat, qualenq; speciem in casu nostro adeste videbis, modo cum §. XXIII. conferas §. VI. & VII.

SCHOL. 2. Ita quidem, ut nec in viam fideicommissi, aut alio ex fundamento has patris dispositiones de bonis liberorum aduentitiis adimplere obligantur heredes legitimi liberorum, qui excluso pupillariter substituto bona aduentitia liberorum capiunt.

§. XXVIII.

Querela nullitatis est actio, qua heredes legitimi testamentum ipso iure nullum, et quoad heredis institutionem et quoad coetera capitula impugnant, et se ad hereditatem ab intestato debitam exclusis heredibus in testamento scriptis admitti petunt.

§. XXIX.

Omnes heredes legitimi filiorum familias, quibus pater pupillariter substituit, intuitu bonorum aduentiorum, hanc pupillarem substitutionem, querela nullitatis impugnare possunt per triginta annos. Querela enim nullitatis contra testamentum toties datur, quoties testamentum ipso iure nullum, §. XXVIII. et sic nec hoc in casu propter §. XXIII - XXVII. Omnibus legitimis heredibus liberorum deneganda. Huic autem querelae 30. demum annis praescribitur: per notor.

SCHOL.

SCHOL. Ponamus itaque casum, substitutum pupillariter a patre, post mortem filii, cui substitutio facta, bona haec aduentitia per aditionem hereditatis accepisse, nihilo tamen secus omnibus heredibus legitimis filii repetitio per dictum tempus concedenda. Competit autem omnibus heredibus legitimis filii, cui pater pupillariter substituit; ergo et matri; et auro auiaque tam lineae paternae, quam maternae; fratribus &c. secundum ordinem succedendi ab intestato regularem.

§. XXX.

Nec deneganda haec querela nullitatis heredibus ab intestato filiorum impuberum, quos pater exclusit ab hereditate bonorum aduentitorum, licet non extraneos, sed alios quoque heredes ab intestato eiusdem impuberis, sed vel remotioris gradus, aut eiusdem quidem gradus, sed ex asse exclusis coeteris pupillariter substituerit. Immo nec illis, quibus quidem certam hereditatis aduentitiae partem, sed minorem tamen, quam ab intestato successuri habuissent, adscripsit. Reuerajenim in utroque casu dispositio vel substitutio pupillaris patris in bonis aduentitiis manet ac permanet testamentum nullum per §. XXIII., et hinc nec hic adeat ratio, quae exclusos vel praeteritos heredes legitimos a querela nullitatis excludere potest. §. XXVII.

SCHOL. Perindeque merito est, siue personis exclusis legitima debeatur, nec ne. Et species, quasi tanquam dispositio ipsius filii valeat haec pupillaris substitutio patris, propter exercitium proprietas huic in bonis filiorum aduentitiae competens: §. XVIII. in schol. modo non exclusa sunt personae, quibus ex his filiorum rebus legitima debetur, fucus saltim est, qui se non adprobat, modo animaduertas probe dicta in §. XXIII. in schol.

SCHOL. 2. Ea, quae in §. dicta facillimo quoque negotio ad fideicomissa familiae applicari posse, vides, qualia et hinc a patre per substitutionem pupillarem in bonis filiorum aduentitiis constituta merito iudicamus nulla. Ulteriore tamen deductionem et propter chartae spatium, et temporis rationem hic omitimus. Sufficiat binis: In illis ab ordine succedendi consueto ac communi, vulgo dem Erbgange, excludi et foeminas in genere, et masculos secundae lineae, qui tamen heredes legitimis vtique sunt, etiamen, et hinc per querelam nullitatis talem patris constitutionem iure destruere possunt optimo, si volunt.

§. XXXI.

Querela inofficiosi testamenti, aut actione expletoria heredes legitimi filiorum, aut pro parte aut in totum exclusi contra talem substitutionem experiri non possunt. Querela enim inofficiosi testamenti non datur nisi in subsidium: §. 2. *Inst. de inoff. testam.* hinc merito hoc in casu per querelam nullitatis, tanquam remedium ordinarium excluditur. Actio autem expletoria illis personis tantum competit, quae alias quidem querela inofficiosi experiri possunt, sed aliquid in testamento titulo institutionis relictum acceperunt: §. 3 *Inst. ac inoff. testam. L. 30 pr. C. eod.* Quia igitur querela inofficiosi in hoc casu per antec. cessat, consequenter et actio expletoria.

§. XXXII.

Tentemus h. l. et aliam probandi viam ex L. 8. §. 5. *D. de inoffic. testam.* propter subsequentia forsitan non plane inutilem. Inofficium nempe testamentum dicitur, quia testator officio pietatis dulci certis personis legitimam relinquendi non satisfecit. Hoc autem officium parentes tantum descendantibus, descendentes adscendentibus, et certo in casu frater fratribus et sororibus debet: *per ea quae docent DD. ad tit. Inst. et D. de inoff. testam.* Hinc talem patris substitutionem inofficijam dicere non possunt adscendentes filii ex materna linea, nam filius eos non exclusit contra officium a legitima horum bonorum aduentiorum, sed pater, qui fecit testamentum, cuius autem officium non erat, legitimam illis relinquere. Nec patris frater, aut filii impuberis frater, quia pater, cuius officium erat de bonis propriis illi certo in casu, huic autem simpliciter legitimam relinquere, hoc casu non disponit de bonis propriis, sed filii, qui filius tamen illi plane non, huic autem tantum certo in casu, ad dulce hoc officium praestandum obligatus erat. Coetera quae adduntur non sunt huius loci, sed earum explicatio-

cationem vide infra. Interim tamen ex dictis satis adparet, hanc L. 8, cit nostram non diuellere sententiam, vti putat *Ictus alias acutissimus Illustr. HEINECCius in elem. iur. ciu. secundum ord. Institut.* §. 563, n. 9. Sed nihilominus, exclusa licet, propter longe aliam ac diuersam rationem, querela in officiis, tamen locum inuenit hoc in casu querela nullitatis, nec hic procedit argumentum a minori ad maius.

§. XXXIII.

Deducta nullitate substitutionis pupillaris a patre intuitu bonorum liberorum impuberum factae, haud ita difficile esse dijudicare, existimamus, quomodo casu eiusmodi substitutionis existente, de concursu heredum legitimorum filii impuberis cum heredibus a patre substitutis secundum ius hodiernum pronunciandum sit. Intuitu enim bonorum aduentitorum exclusis plane a patre substitutis, et quidem non solum quoad concurrentem legitimam, sed quoad totam bonorum maslam, simpliciter admitti debent, omnes heredes ab intestato defuncti infra pubertatem filii secundum ordinem in qualibet prouincia consuetum: Quoad bona autem a patre profecta, siue intuitu paternae hereditatis, et omnium bonorum, quae post mortem patris ex bonis hereditariis eiusmodi acquisita, heredes a patre substituti excludunt filii impuberis heredes ab intestato omnes. Duplex enim testamentum, ac duplum et patris et filii hereditatem haec pupillaris substitutio paterna sub se comprehendit, §. 2. *Inst. de pupill. Substit.* L. 2. §. 4. L. 20. §. 1. D. eod. L. ii. §. 5. ad L. *Falcid.* Hinc corruente licet dispositione paterna in totum, quoad bona aduentitia, §. xxiii, tamen subsistit alterum huius dispositionis caput, quoad bona scilicet ab ipso patre profecta, §. xviii - xx. etiam ea, quae post immixtionem a liberis factam ex hisce

bonis, et intuitu eorum adquisita, conf. §. xviii. quod nec iure hodierno mutatum: §. xxi. Quoties autem ex testamento valido atque firmo adquiri potest hereditas, tories ab intestato non defertur. L. 39. D. de *adquir.* vel omitt. *hered.* Quia autem haec dispositio paterna plane nulla, quatenus de bonis liberorum aduentitiis conditiones praescripsit, §. xxvii. aut successorem in illis constituit: §. xxix. tanquam non existens consideratur, merito heredes ab intestato filii impuberis admittendi, exclusis substitutis. Et quia porro tota haec paterna de aduentitiis dispositio corruit, non intuitu legitimae solum, nec sola legitima heredes ab. I. vt contenti sint, contra voluntatem cogi possunt.

SCHOL. 1. Nisi ipse substituti simul proximi heredes ab intestato defuncti filii impuberis, quo casu una cum coeteris, non quidem ut substituti, sed ab intestato admittuntur.

SCHOL. 2. Miramur hic dissentientes ICtos magni nominis, quorum alii, partim propter regulam juris Romani vulgatam, quod nemo pro parte testatus, pro parte intestatus decedere possit, L. 7. D. *dereg. iur.* partim propter L. 10. §. 2. 5. D. *de vulg. et pupill. subdit.* et partim denique propter L. 8. §. 5. D. *de inoff. test.* hanc patria dispositionem pupillarem et ad bona trahunt liberorum aduentitia, ita ut et quoad legitimam quoque heredes ab intestato per pupillariter substitutos excludi contendant: alii quoad legitimam quidem ex hisce bonis aduentitiis admittunt heredes ab intestato, sed quoad coetera paternam substituti putant dispositionem. Quorum argumenta, ut pondemus, adhuc restat.

§. XXXIX.

Testatus quis decedit, quando hereditas eius ad successores in testamento denominatos post mortem eius venit: intestatus contra ea, qui nullum ex testamento heredem habet; siue quod idem, cuius hereditas ad heredes legitimos sine testamentaria dispositione venit: §. 1. Inſt. de *hered.* quae ab *intest.* defer. Hereditas autem ea tantum iura comprehendit, quae ipse defunctus tempore mortis habuit, et non cum persona eius exspirant: L. 24. D. *de verb. signif.* L. 62. D. *de reg. iur.* Hinc pro parte testatus, pro parte intestatus decedit, qui partem

partem honorum suorum, quorum tempore mortis plenum illi competit dominium, titulo vniuersali heredibus in testamento denominatis, partem autem alteram heredibus legitimis fine testamentaria dispositione relinquit. *Conf. § 5. Inst. de hered. instituend.*

§. XXXV.

Licet pupillaris patris substitutio, intuitu bonorum aduentitiorum, tanquam nulla corruat, intuitu autem profectiorum sublistat, tamen pater pro parte testatus, pro parte intestatus non decedit. Omnia enim bona, atque iura, quae ad patrem iure dominii tempore mortis tanquam propria pertinebant, et ex eius hereditate ad filium impuberem institutum veniebant, pupillariter substituto, titulo heredis vniuersali per testamentariam patris dispositionem hoc casu relinquuntur, per §. xxxiii. Ita vt etiam ad hanc connumerentur hereditatem, ea omnia, quae post mortem patris ad hereditatis massam quocunque titulo adcedunt, et ad substitutum exclusis heredibus ab Intestato, veniant. Bona autem aduentitia filii impuberis, quae vi §. xxxiiii. heredibus filii ab intestato adjudicantur, non pertinent ad hereditatem paternam, sed sunt ei manent bona filii impuberis, quorum proprietas ad patrem minime spectat, §. xxii. et xxiii. Hinc hereditas patris non pro parte ad heredes testamentarios, pro parte autem fine dispositione testamentaria ad heredes legitimos venit, et consequenter eum pro parte testatum, pro parte intestatum deceperisse, minime dici potest; §. xxxiiii.

§. XXXVI.

Nec a filio impubere hoc casu iure adserere possumus, quod pro parte testatus, pro parte intestatus deceperit. Nam bona eius aduentitia omnia, heredes ab in-

XXIII

intestato capiunt, ad heredes autem testamentarios plane nihil ex hisce venit; §. xxxiii. Nullo igitur modo intuitu horum bonorum pro parte testatus, pro parte intestatus decedit filius impubes defunctus: §. xxxiii. Bona autem per immixtionem ex paterna hereditate ad filium impuberem profecta, minime filii impuberis instituti propria dici possunt, licet quoque consideremus adquisita a filio post mortem patris, sed intuitu tamen huius hereditatis: sed potius propter continuationem dominii patris defuncti in hisce bonis usque ad pubertatem filii, §. xviii. tanquam hereditas ipsius patris defuncti, etiam post immixtionem a filio impubere factam, non autem tanquam hereditas filii impuberis considerari debent. Conf. §. xxxiii.

§. XXXVII.

Plane alio modo calculus ducendus erat iure Romano veteri, quod in Digestis adhuc nobis traditur, antequam differentia bonorum filiorum familias per imperatorum introducebatur constitutiones, et omnia omnino adhuc filii bona, tam castrenia, quam quasi castrenia, tam profectitia quam aduentitia, vi patriae potestatis illimitatae dominio patris sine omni subiiciebantur exceptione, §. xii. Positis enim hisce principiis, utique propter continuationem huius dominii paterni usque ad pubertatem filii, §. xviii. iuncta hereditas censebatur, et pater pro parte testatus pro parte intestatus decesserit, si aduentitia filii impuberis bona, ad heredes ab intestato, profectitia autem ad pupillariter substitutum in paterno testamento venirent. De quibus quoque temporibus expresse loquitur L. io. §. 2-5. D. de vulg. et pupill substit. quippe quae desumpta, ut ipsa inscriptio docet, ex Vlpiano ad Lib. 4. Sab., cuius tempore exemptione bonorum aduentitorum filiorum familias a patria potestate, ac dominio nondum ab imperatoribus constituta. Idem et merito statuimus de aliis iuris Romani legibus, quarum dispositiones sese simpliciter ad adductum resoluunt principium, quas

quas si adhuc hodie obseruandas esse statuere velimus, mutato licet principio, ac introducta ab imperatoribus singulari bonorum aduentiorum natura et conditione, contra tritissimas impingeremus bonaee interpretationis regulas. Quae autem ex L. 8. §. 5. D. de inoff. testam. a DD. mouetur obiectio ad infringenda tradita a nobis in §. xxxiiii. nostrae Diff. eius resolutionem iam vid. supra in §. xxxii. quo nos hic iure referimus.

§. XXXVIII.

Eadem quoque ratio fuit, quae mouit Jetros, ut matri, aliisque heredibus ab intestato filii impuberis, non obstante hac pupillari substitutione paterna, iure novo hodierno saluam esse iudicarent legitimam ex hisce bonis filii aduentitiis. Quos inter videmus RICHTERVM in Decis. 45. *Confilia Hallensia*, Illustr. Dnum HEINECC. in element. iur. ciu. secundum ord. inst. §. 563. in schol. ibique citat. Si enim analysin probationum ab hisce adductarum instituas, et ad principia eas resoluas, nullum aliud inuenies fundamentum, quam quia portio legitima ex hisce bonis aduentitiis filiorum, heredibus ab intestato debita, paternae dispositioni non subiecta. Iam autem, si applicemus hic, quae in §. xxiiii. dicta, patet, dispositionem hanc paternam, non intuitu legitimae solum, sed aduentitorum bonorum in genere nullam, ac invalidam esse. Hinc cum illis licitum hoc ex fundamento, non obstante dispositione paterna, et LL. digestorum in §. praecc. adductis, legitimam adiudicare heredibus ab intestato, exclusis a patre substitutis; et nos propter identitatem rationis, de omnibus omnino bonis aduentitiis idem hoc iure adserere possumus.

§. XXXIX.

Denique coronidis loco intuitu substitutionis paternae in bonis profectiis adhuc subiungere operae pretium ducimus, eam quidem validam esse, ac substitutum, exclusis heredibus.

D

ab

XXVI

ab intestato filii impuberis, ad successionem admitti, sed excepta tamen portione legitima, quae filio impuberi ex paterna debetur hereditate. Quod enim hanc legitimam ex bonis profectiis concernit portionem, patri simpliciter per L. 30. et 32. C. de inoffic. testam. facultas pro arbitrio de ea in testamento disponendi interdicitur, ita ne illi liceat huic portioni conditio nem, vel dilationem, vel aliam quamcunque dispositionem, moram aut quocunque onus introducentem, adscribere. Hinc eodem iure quo paternam hanc substitutionem in bonis aduentitiis supra nullam diximus, et quoad portionem legitimam ex bonis profectiis filio impuberi debitam idem iudicare possumus. Sed quaestione hanc, iam quod satis, tractatam deprehendimus a Consult. SCHAVMB. ad ff. tit. de vulg. et pupill substit. § 10. ibique cit. CARPZ. quibus adde, si placet, RICHTERVM l.c. dec. 45. et SCHAVMB. adnotat. ad Struv. ni faktor, aliosque, quo nos tuto remittiimus L. B. et vltiorem eius deductionem cathedrae seruamus.

§. XL.

Haec de nullitate pupillaris substitutionis in bonis aduentitiis dixisse sufficient. Restat, vt Te L. B. ea, qua par est, obseruantia, rogamus, atque obtestemur, velis hoc qualecunque specimen, incomitum forsitan, ac inconcinnum propter librorum, quam dolemus, penuriam, in bonam partem, et aequo adipere iudicio. Interim facile quoque cedamus veritati, ubi in contrarium meliori probatione probata fuerit.

T A N T V M .



NO.

ex-
erna
onis
o. et
ento
itio-
em,
pere.
onis
giti-
care
tam
. et
cet,
ruv.
rem

en-
ob-
que
pro-
quo
ubi

10.

MONSIEVR LE CATHEDRANT
MONSIEVR BECKER

LETTER DE FELICITATION

ADRESSEE

A

MONSIEVR LE CATHEDRANT

MONSIEVR BECKER

DQCTEVN EN DROIT.

MONSIEVR!

Il y a plus d'une raison qui m'obligent de mettre la main à la plume à l'occasion de la thèse que Vous allez soutenir en public. Je pouvois facilement entrer en détail des obligations qui l'exigent de moi, si les loix d'une lettre ne m'imposoient pas de couper court. Les biensfaits dont j'ai été comblé dans une suite d'années dans la maison de Monsieur Vôtre Pere, sont en si grand nombre que j'ai peine d'en faire le dénombrement, bien loin de Lui en pouvoir témoigner assez de réconnoissance. La conversation de plus de sept ans & la sincère amitié dont Vous m'avez honoré en particulier, Monsieur, tout cela sont les motifs qui démandent, que je Vous rende un témoignage public du devouïement et de l'estime que je dois à Vous et à toute la dite maison, non content de ce que j'aie taché jusqu' ici de Vous en convaincre en particulier.

J'espere, Monsieur, que cet aveu me procurera l'avantage d'être réputé tel que je le souhaite. Me flat-

flattant de cette persuasion, je me donne l'honneur,
Monsieur, de Vous féliciter de l'écrit que Vous venez
de publier et que Vous avez conçu avec autant de
savoir & de solidité, qu'il ne manquera pas de Vous
atirer l'approbation et les louanges de tous ceux qui le
liront.

Je Vous suis encore très-humblement obligé,
Monsieur, que Vous avez fait l'honneur à mon frere
de le choisir à le charger de defendre sous Vôtre dire-
ction la dite thèse en Répondant contre les opositions
de Messieurs les disputeurs. Je Vous suplie, Monsieur,
de me permettre que je fasse ici une digression, en
m'adressant à mon cher frere même, le félicitant de
même qu'il a trouvé une occasion aussi favorable, de
faire voir à une savante assemblée en public ce qu'il a
profité dans les sciences sous la manuduction de la
Vôtre aussi bien que de celle des autres Messieurs les
Docteurs, l'exhortant aussi qu'il reconnoisse avec
respect la confiance que Vous avez mise en lui et de
se rendre digne de Vôtre faveur comme aussi de pousser
sa diligence pour dévenir avec le tems habile à
pouvoir faire services à la société au plaisir de ses parens.

Et pour revenir à Vous même, Monsieur le Ca-
thédrant, je Vous souhaite de tout mon cœur que le
bon Dieu yeuille bénir tous Vos desseins à fin que Mon-
sieur Vôtre Révérard et Vénérable Père, dont je
prens la hardieſſe, & je me donne l'honneur à bon
titre

titre de le nommer aussi le mien, puisse avoir la satisfaction & la joie dans Son âge avancé, de voir Votre fortune bien établie. Je fais des voeux ardents à la providence qu'elle multiplie Ses jours en Lui donnant de nouvelles vigueurs qu'il puisse par Ses solides et fidèles instructions édifier ses ouailles pendant plusieurs ans et se réjouir de la grâce & de la bénédiction que Dieu repand sur Ses chers enfans mes très-honorés amis. Je Leur souhaite en général, & à Vous, Monsieur, en particulier une perpetuelle & inalterable félicité, & je Vous prie de me croire ce que je Vous proteste de toutes les puissances de mon ame que je suis tous les jours de ma vie avec un respect & un attachement inviolable

MONSIEVR,

à Rostock
ce 14. de Decembre 1746.

Votre très humble & très obéissant serviteur
CHRETIENT LOVIS BECKER.

fa
oir
ns à
con
des
olu
rés
on
ble
ous
e je
un

NOBILISSIMO ATQVE CLARE DOCTO
DOMINO RESPONDENTI
GENTILI, FAVTORI, AC AMICO SVO
INTER PAVCOS CARO
S. ET O.
PRAESES.

Starim quo Lipsiae iamiam, Mellitissime Domine BECKER, mibi contigit felicitas, TECVM amicitiam stabiliendi; admiratus sum in TE exornando confluentes, Deum omnis boni auctorem, Optimi Parentis sobriam educationem, Doctorum fidam manudictionem, propriamque industriam, quam sedula auctoritate, cupida lectione, matura meditatione adhibuisti. Deus et natura excimas in TE ingenii dotes collocarunt, has excitauit, cumque morum elegancia iunxit sollicita educatio, ampliauit fidorum praeceptorum locuples institutio, expoliuit denique, et in dies magis magisque expoliet proprium indefessi conaninis studium. Resultat inde nobilissima animi indoles, solida doctrina, et aptitudo ad res aliquando in republica feliciter gerendas. Non es ex eorum numero, qui multum discunt, parum sciunt, aus qui, quem intus reconditum gestant doctrinae thesayrum, prodere re et ore nesciunt. Tam enim polles iudicio optino, quam pronto ingenio, tenacique memoria. Facundo etiam ore, quae didicisti, vales preferre, non vaniloquus sed disertus. Non alienis vides, sed propriis oculis, minime consuetus, in magistri verba iurare, quem quisquis TIBI sit amicus, magis tamen amica veritas. Cumsta ista demonstras hodierno fausto certamine sub plausibus omnium. Gratulor hinc TIBI suscepnam, beneque ornataam spartam. Gratulor SPLENDIDISSIMAE TVAE FAMILIAE filium, fratrem atque cognatum optimae frugis, maximaee spei, et rarissimi exempli. Gratulor denique et mibi Amicum ac Fautorem Optimum, quem Lipsia primum dedit, Rostochium autem confirmauit. Sed ut ad exteros mox iter paraturus, etiam apud exteros TVO FAVORI me commendatum habeas, per sanctum, quod nos intercedit, amicitiae vinculum TE obtestor. Vale, Amice Mellitissime! atque faue!

Dab. e Mus. d. XIII. Decembr. CICLO CC XXXXVI.



ULB Halle
000 710 598

3



Sb

B.I.G.



I. I.

DE

PVPILLARI SVBSTITVTIONE
INTVITV BONORVM ADVENTI-
TIORVM NVLLA.

1746, 1.
4

CONSENSV
ILLVSTRIS ORDINIS ICTORVM

IN

INCLVTA AD VARNVM ACADEMIA

H. L. Q. C.

PVBLINE DISPVTABVNT

PRAESES

HERMANN. BECKER.

I. V. D.

ET

RESPONDENS

G OTTLIEB. IOACHIM. BECKER.

AVR. FRIS.

PHILOSOPH. ET LL. CVLT.

DIE XIII. DECEMBER. MDCCXLVI.

ROSTOCHII

STANNO GROSCHVPIANO.